



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De sede Episcoporum, cur in Ecclesia altius cætaris sedere debeant. Cap.
i.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA- cienſis Episcopi, de Excommuni- catione, Decretorum Liber XI.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Excomunicatione, eiusq; neglectu & contemptu, de furibus & prædonibus, deq; sacrarum ædiũ incensforibus, ac deprædatoribus, agitur.

*De sede Episcoporum, cur in Ecclesia altius
ceteris sedere debeant. Cap. I.*

QUOD AVTEM sedes episcoporum in Ecclesie excelsæ constitutæ, & præparate inueniuntur in throno, speculationem, & potestatem iudicandi, & soluendi, atque ligandi à domino sibi datam materiæ docent. Vnde ipse Saliuator in Euangelio ait: Quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo. & alibi: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Ideo ista prætulimus, charissimi, vt intelligatis potestatem Episcoporum vestrorum, in eisq; dominum veneremini, & eos vt animas vestras diligatis, & quibus illi non cõmunicat, non cõmunicetis, & quos eiecerint, non recipiatis. Valde enim timenda est sententia episcopi, licet iniuste liget, quod tamen summopere præuidere debet.

Episcopus cum excommunicare vel anathematizare aliquem propter manifestis sceleribus dispositum habet, post lectionem Euangelii, clerum & plebem ita debet alloqui. Cap. II.

NOuerit charitas vestra, fratres mei, quod quidam vir nomine N. diabolo suadente postponens Christianam

*Ex epist.
Vrbani
pape.*

*Ex cõcil.
Rotoma.
cap. 3.*